

ut semper interea dicitur ut sit eumors sine morte defectus sine defectu;
 Non uidebitur id est non intellegit in caritatem id est dampnationes suas
 obturatum habent eorum propter inpenitentiam suam; Cum uerit sapientes
 morientes; Dicit ille talis cum uideat equaliter omnes & malos &
 bonos moris laqueo rapi; Quid dicit inquit illi talis iusto sua scien-
 tia; quid suscepta geruntia quid castitatis obseruancia cum similitu-
 atque eorum moras rapiatur unco; & sepulcra eorum domus illorum in-
 ternum eorum id est diuitum; Sepulcra domus eorum id est requies
 sunt in eternum id est tam operose & accurate sibi sepulcra con-
 struunt mausolea altissima ex auro & gemmis edificant quasi
 in eternam memoriam adquirant; atque in eos se beatos putant; Hesci-
 entes omnia humana arte fabricata quandoque dissoluenta;
 Tabernacula eorum in progenie & progeniem id est sepulcra eorum
 permanere post eos in multas generationes; Vocauerunt nomina eorum
 in terris suis; Filii scilicet eorum bonis se distendentes & gloriantes
 iniquis sibi ab eis relicta sunt; Beatificant eos & laudant dicen-
 tes felices & sapientes fuisse qui talia adquirere potuerunt; Sive
 etiam uocauerunt nomina sua in terris suis id est ephitaphia & auri-
 los aureos in quibus memoria nominum eorum per multos annos futu-
 re generationis consistere possit; Homo cum honore esse non intellegit;
 Honor hominis fuit quod ad imaginem & similitudinem creatoris
 conditus fuit; Ornauit eum enim sapientia ratione & intellectu;
 Fecit eum etiam bonum iustum & sanctum sicut ipse est bonus iustus & sanctus;
 Cum honorem tunc homo ad amorem scilicet non intellegit; quando
 auctori & datori gratiam non habuit; Sed in superbia diabolice
 diabolicis obtemperans se similitudinem fieri uoluit; Sed quando su-
 pra se ascendere uoluit tanto infra se deorsus est; Comparsit: